

Exempla quae supersunt tria infra exhibui integra.

*Cowpland:*  
 DEAE NYMPHAE BRIG ·  
 VOVERAT  
 QVOD OPTAVERAT PRO  
 PLAVTILLAE  
 SALVTE (ter) TIAN: CO: INVICTAE  
 DOM: NOSTRI INVICTI  
 5 IMP: M: AVREL: SEVERI  
 ANTONINI PII FEL: CAES  
 AVG: TOTIVS QVE DO  
 MVS DIVINAE EIVS  
 M: COCCEIVS NIGRINVS  
 Q TVS  
 10 HOC AVGVSTO NOBILI DEVOTVS  
 LIBENS SVSCEPTVM S  
 ET LIBERISSVIE NONDVM NATIS  
 LAETO II E  
 FAT QVE EIV VLTIMO  
 sic FAT QVEIIV V L M

*Anonymus:*  
 DEAE NYMPHAE BRIG  
 QVOD PAERAT PRO  
 SALVTE TAVCIWIÆ  
 DOM: NOSR: INVIC  
 IMP·M·AVREL·SEVERI  
 ANTONINI IRI FEL·C  
 AVG: TOTIVS QVE DO  
 MVS DIVINAE EIVS  
 M COCCEIVS NGRINVS  
 IAVG·N·DEVOV  
 LBRSSVVS NVM S  
 TAVTOVELVLM

*(Sibbald?):*  
 DEAE NYMPHAE BRIG  
 G VOTVM ERAT PRO  
 CALV TAVCIWAE  
 DDMI... OSRINVC  
 MLAR AVREL · SEVERI 5  
 ONTOARNRI FELCE  
 IAVT DT VS OVEDI  
 MVS DIVINAE EIVS  
 AC DEVS NORNVS  
 C AVG N DEVOV 10  
 E BRSSVS NWS  
 AT OVÆIVLM

Cowplandi exemplum varia interpretandi tentamina exhibet; Sibbaldi litterarum evanidarum ductus satis accurate videtur exprimere; Anonymi optimum est, unde hoc potissimum secutus sum.

V. 3 Cowplandum Plautillae nomen non puto legisse, sed restituisse tantum coniectura probabili; neque enim videtur omnino cogitari posse de alio nomine, quod ibi exciderit. Illud tantum incertum est, utrum nomina sola scripta fuerint an coniugis vocabulum additum; ut proposuit Grotefendius. Item in vv. 11. 12 (quem Cowplandus iterat) legendis tam hic quam Anonymus coniecturis videntur indulsisse. De consulibus a. 215 Laeto II et Cereale certe cogitari non posse recte observavit Grotefendius, anno enim iam 204 relegata, a. 211 mortua est Plautilla; unde is Getam II et Plautianum consules a. 203 proposuit, item frustra; nam vix aliud latere potest quam formula solita illa, quam infra restitui.

*Deae Nymphae Brig(antiae) quod voverat pro sal(ute) [Ful(viae) Plautillae] dom(ini) nostri invic(t)i imp(eratoris) M. Aurel(ii) Severi Antonini Pii Felic[is] Aug(usti) totiusque domus divinae eius M. Cocceius Nigrinus [pr]oc(urator) Aug(usti) n(ostri), devo[tissimus] num[ini maie]statique eius, v(otum) [s(olvit)] l(ibens) m(erito)*

876 Ara rep. a. 1851 at a spot called High Stead, between Old Wall and Bleatarn; servabatur apud Robertum Bell, of Irthington. Alta est ped. 1 dig. 8, lata dig. 11.

DEO  
 COCIDIO  
 MILITES  
 LEGVIVIC·P·F

Bruce wall p. 289. Cf. tituli Amboglannenses n. 800—804.

877 At another place in Cumberland, not far from the wall, I found this altar GORD. At Scaleby castle, where it has been a long time, having a sun-dial upon it, and, as Mr. Gilpin told me, was found at Cambeckfort HORSL. Videtur periisse.

I O M  
 COH IIII  
 GALLORVM  
 C P VOLCA ci  
 5 VS HOSPEIS  
 PR ae F EQ

Gordon it. sept. p. 97 tab. 45 fig. 4 (inde Maffei Mus. Ver. p. 446, 5; ex Maffei Donat. p. 2, 8); Horsley p. 260 Cumberl. 30 (inde Warburton vallum p. 93, 30; Nicholson et Burn 2 p. 484; Goughs Camden 3 p. 456 tab. 26 fig. 9; Hodgson 2, 3 p. 215; Newton p. 15, 88).

1 I . . . . Horsl. 5 VS HOSPES Gord., neque vero videtur dubitari posse de lectione Horsleii. 6 PRE K EQ Gord., PR . . FEQ Horsl.

878 Walton House, ara rep. to the north of the village of Beck, at the foot of Kylesike Hill, in the bed of the streamlet which probably gives it its name, by Mr. Parker, of Brampton.

I · O · M  
 COH · IIII · GAL  
 ORVM C P I  
 CSK AIVC  
 5 · TIOIIIA  
 PRIFII III  
 S · V · L · S · M

Bruce wall p. 286, cuius textum repraesentavi, quem ita legendum esse affirmat:

*I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) IIII Gallorum, c(ui) praeest Claudius Modestus praefectus, v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)*

879 Ara rep. a. 1818 at Castle-Steeds s. Cambeckfort; servabatur a. 1832 apud Guil. P. Johnson, of Walton House TH. HODGS. Ibidem extat I. HODGS., BRUCE. Est ara alta ped. 4, lata ped. 2, litteris elegantibus.

I O M  
 COH · II · TVNGR  
 EQ · C · L · CVI  
 PRAEEST · ALB  
 5 SEVERVS · R  
 AEF · TVNG · IN  
 STA · VIC · SEVERO  
 PRINCIPI  
 ful- men rota

Th. Hodgson Archaeol. Ael. 1, 1828 p. 81 tab. 1 fig. 1 (inde Hodgson 2, 3 p. 215; Newton p. 114, 76 d; Henzen 6780); Bruce wall p. 280; Whellan Cumberl. and Westmorel. p. 695.

V. 3 C·L tam hic quam in titulis n. 880. 882 contra testium oculatorum consensum in C·R mutari nequit, ut mutavit Henzenus; nec de alia explicatione potest cogitari praeter eam, quam Hodgson proposuit, scilicet *civium Latinorum*.

Vicius Severus redit infra n. 881. De principibus in cohortibus sociorum dixit Henzenus Bull. dell' inst. 1851 p. 114. 182; cf. n. 880. 882.

*I(ovi) o(ptimo) m(aximo) coh(ors) II Tungr(or)um m(iliaria) eq(uitata) c(ivium) L(atinorum), cui praeest Alb(ius) Severus praef(ectus) Tungr(or)um, insta(nte) Vic(cio) Sev[er]o princip[e]*